

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 25ra–25rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 30 [Gn. 26]

[30] <sup>a</sup>-Que spectant ad hereditatem. Capitulum XXIX<sup>-a</sup>

Ista sunt, spectant ad hereditatem: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea, et tela, que non incisa aut formata ad muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, et dolia, et vasa distillatoria, <vasa distillatoria szadý spuszczadlne sicut in braxatorio et in cellario in quibus reconditur -- <sup>a</sup>> et omnia caldaria, excepto caldari magno, [in quo] /k. 25rb/ liquevit cera, que spectat ad suppellectile.

<sup>a</sup>-Proprium dicitur hereditas sicut domus, arca, fundus, preedium et omnes agri, ortus, vinea, humulentus vulgariter chmÿenÿk.<sup>-a</sup>

Omne proprium, quod locando possessum est, et omnia arma et omnes gladii, et eciam omnes olle omnes heree aut morsee, et cinguli, braccales, et annuli viri, hec predicta spectant ad hereditatem. Mense et lavatoria, omnes ciste planis cooperimentiis, sedilia spectant ad hereditatem, pelves cuspe <Cuspa dicitur cussa vel eciam tok potest dici in hoc loco <sup>c</sup>> et ciste annonarum, et porci, qui in curriis seu in domibus nutriuntur, eciam spectant ad hereditatem.

Omnes porci impinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria da[n]tur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est tempore mortis, et omnes vacue cuppe, pulmentaria recipit mariti uxor, et non sua cognata proxima.

<sup>a-a</sup> czerwonym inkaustem; <sup>b</sup> na marginesie czerwonym inkaustem, ucięty dolny brzeg karty unimożliwia odczyt ostatniego wersu; <sup>c</sup> na marginesie

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]